ZU DER

ÖFFENTLICHEN PRÜFUNG

SÄMMTLICHER KLASSEN

DES

DOMGYMNASIUMS ZU NAUMBURG

VOM 10. BIS ZUM 13. MÄRZ 1856

LADET ERGEBENST EIN

DR. FÖRTSCH,
GYMN. DIR.

Inhalt:

Naumburg,
Gedruckt bei Heinrich Sieling.
1856.

Seruii quae dicuntur carminum Uergilianorum commenta quin uariis temporibus multi aut contrahendo aut interpolando mutauerint quamuis in magna librorum manu scriptorum et editionum ueterum dissimilitudine dubitari nequeat, duae tamen eorum recensiones facile discernuntur: alteram ampliorem — rectius enim ampla quam integra uocatur — exhibet Cassellanus, altera breuior in permultis exstat codicibus, e quibus Bernensem nomino et Lipsiensem, quibus ego usus sum, Regium, Leidensem, Uossianos, quos Burmannus ad suam editionem adornandam adhibuit. Quarum recensionum utra a pristina et incorrupta Seruiani operis sinceritate minori interuallo distare uideatur, uel ut aliter dicam utrum ea quam breuiorem dixi decurtata et ex ampliori et integra excerpta esse, an amplior interpolata et e notarum farragine, breuiori et commenta talia qualia Seruius scripsit repraesentanti a grammaticis et monachis pedetentim adglomerata, orta esse putanda sit: de eo hac scribendi opportunitate mihi oblata eram disputaturus. Sed quibus ad hanc quaestionem dirimendam opus est Cassellani et Lipsiensis conlationibus accurate factis, earum cum illam tantum suo tempore plene conficere mihi licuisset, aliud commentandi argumentum quaerendum erat. Atque ut primi Aeneidos libri commenti partem e Cassellano, Bernensi, Lipsiensi quam maxime emendatam publici iuris facere constituerem, librorum illorum praestantia effectum est. Nam Cassellani laudes a Duebnero, Bergkio, aliis dictas cum non sit cur hoc loco redintegrem, tum Bernensis codices Seruianos quotquot adhuc cogniti sunt omnes uetustate praecellit, tum Lipsiensis et antiquitate et scripturae diligentia insignis est. Sed de his libris singillatim dicendum est.

Ac *Cassellanum (C)* quidem Raumerus, Uir Excellentissimus, Minister Regius summa comitate ad me transmittendum curauit. Tractauerunt eum post Petrum Danielem Duebnerus, Bernhardyus, Krahnerus, Bergkius. Scriptus est litteris carolingicis saeculo X in CIX membranis formae quadratae sed maioris mensurae. Quanquam in singulis paginis uersus triceni singuli summa constantia exarati sunt, tamen tantum abest ut ab eadem manu codex scriptus sit, ut alii in aliis partibus librarii eodem tempore occupati fuerint. Inde explicandum est quod trium paginarum, quae sunt fol. 77 b fol. 87 a fol. 109 b, partes et una, quae est fol. 87 b integra scriptura uacant. Uerborum distinctio saepe aut nulla est aut falsa. Scholiorum initia litteris grandiusculis indicata sunt. Ceterum hunc codicem sciendum est Seruii sex priorum Aeneidos librorum complecti commenta, quae tamen integra

non sunt. Interierunt enim eorum, qui ad primum librum pertinuerunt quaternionum secundus (u. 49 ‚Praeterea; postea ut: praeterea' — u. 139 ‚ideo ait, quia Juppiter') et quartus; (u. 242 ‚nominatum cui aeternitatem' — u. 317 ‚Haec patre propter ferociam') septimo totum quem debebat librum primum non capienti quae additae sunt duae uel tres membranae eaedem perierunt (inde a u. 720 ‚quem decipiebant'). Deinde desunt quaterniones IX (II 104 ‚Pallanta. Ithacus uero pro Ithacensis, principale pro diri' — 243 ‚intelleximus. Et bene addidit') undecimi tria folia extrema, XII (II 602 ‚deorum conspiratione subuerti' — III 178, occurrat et omina turbet') XV XVI (IV, 1—660 ‚sic inultam perire') XVIII, undeuicesimi sex primae membranae (V 319 ‚quam fulmina alat' — 813 ‚Ideo dictum, aut quia illo Aeneas continuo uenturus est, aut quia ibi cogniturus est, quae illum regna et quae mansura posteritas, sicut ei et sibilla dictura est et cum inferos petierit etiam Anchises: quod utrumque iuxta Auernum contigit.' Quae uerba desunt in relicuis libris.) Libri sexti, inde a quo repetitur quaternionum dinumeratio, quaternio secundus (u. 153 ‚piacula sunto' — u. 359 ‚ad Italiam uenit') quartique extrema duo folia (inde a u. 831 ‚aliquis deorum simul colitur') desunt.

Cum in Germaniae coenobiis institutum fuisse sciamus, ut quae monachi, quibus codices describendi delegati erant scripserant, ea e doctissimis unus ad eundem quo illi usi erant librum emendaret: non mirum est, Cassellanum in coenobio Fuldensi scriptum correctoris uel correctorum potius manus expertum esse. Atque si primam manum, quam in primo potissimum quaternione haud pauca ipsam correxisse uideor mihi obseruasse exceperis, trium correctorum manum distinguuntur, distinctae iam a Duebnero Zimmermanni Ann. 1834 Nr. 152 pag. 1223. Quarum ea quam *c* littera insigniui, prima uix recentior et lemmata quae dicuntur scholiorumque argumenta margini adscripsit et multa a prima manu mendose scripta et omissa ex ipso libro e quo Cassellanus descriptus est correxit et suppleuit.*) Unde factum est, ut quae huius correctoris fide niterentur scripturas praeter perpaucas omnes in continuitatem uerborum recipiendas esse duxerim. Nam raro tantum aut coniectandi libidini indulsit c aut librum alteram recensionem exhibentem inspexit. Illud duobus locis factum est: u. 144 ubi *causa* correxit, cum *causis* scribendum esse primae manus scriptura quae est *causi* doceat et u. 165 ubi *de* praepositionem recte quidem inseruit non debuit autem delere uocem, quae est *pro*, cui *super* recte addidisse mihi uideor. Alterum autem pertinet ad u. 180. Quo loco quod ego reposui: *Nisi cum causa pietatis interuenit, ut ad sepeliendum socium de Aenea dixit: paribusque accingitur armis* etsi durius esse ipse sentiam, tamen non tam librariorum neglegentiae quam antiqui libri auctoritati deberi uel id demonstrat, quod et a Lipsiensis correctore primo

*) Nam ne alio quodam uetusto codice, qui tamen eandem ac Cassellanus commentorum recensionem repraesentauerit, correctorem usum esse putem — id quod Duebnerum sibi persuasisse uideo — monet me et ipsa correctionum ratio et magna mendorum ab illo non emendatorum copia.

seruatum est. Contra quod prima Lipsiensis manus habet: *Nisi cum causa pietatis interuenit, ut ad sepeliendum socium miscendo se operi alios hortaretur Aeneas* e. q. s. minus probabile est: tanquam eo tantum contineatur pietatis significatio, quod socii rite sepeliendi curentur. Secundus corrector γ ille a me nominatus cum saeculo decimo quarto uel quinto ad fidem codicis, qui alteram recensionem exhibuit, Cassellani membranas ad primum librum pertinentes correxerit, in eius scripturis uel recipiendis uel reprobandis eandem secutus sum rationem, quam in Bernensis et Lipsiensis scripturis diiudicandis mihi ducem esse uolui. De detestabili autem huius correctoris impudentia, qui primae manus scripturas lineolis subductis deleuisse non contentus, eas persaepe ita ut ne littera quidem hodie legi possit erasit, quanquam recte iudicauit Duebnerus, tamen in eo falsus est quod codicem, quo ille usus sit, deterioris notae fuisse dixit. Quem ne dicam ipsum esse Lipsiensem, Lipsiensi certe simillimum fuisse confidenter adfirmo. Nam quanta sit scripturarum a L et a γ exhibitarum similitudo adparatus criticus quem congessi ubique ostendit, et quae in relicua libri primi parte γ addidit eadem praeter perpauca et in Lipsiensi sunt uel a prima manu scripta uel a secunda addita. Unde si conieceris ea, quae in Lipsiensi desiderentur — ueluti in iis quae edidi ea quae ad u. 169 de anchora uocis originatione et ad u. 179 de hysteroprotero dicta sunt — a γ Seruio obtrusa esse, haud multum a uero aberraueris. Quarta denique Cassellani manus, quae uitia nonnulla leuidensia et librarii neglegentia nata e coniectura ut uidetur ita emendauit, ut non tam superscriberet recta quam litteras a prima manu scriptas aut oblineret si superuacaneae aut mutaret si falsae essent: haec igitur manus in primi libri commentis perraro, saepius in iis, quae sequuntur obuia est. Primi autem correctoris manum a secundo cum omnino tum a quinto maxime quaternione non ubique sat certo distingui posse addendum esse uideo. Quibus locis quid ‚corrector‘ scripserit uel quid ‚correctum‘ sit notaui. Uter denique correctorum illorum et lineolas, quibus quae uerba delenda sint significatum est, subduxerit et lemmatum fines interpungendi signis adiectis iudicauerit et uerba praue dissociata sociauerit: id me discernere non potuisse nemo non intelleget. Quanquam quae lineolis et supra et infra ductis quasi inclusa sunt prima manus sustulisse uidetur. Quae non recepi, cum praesertim et ratio ea repudiari iuberet.

Restat ut Cassellanum demonstrem eundem esse ac Fuldensem (F) Petri Danielis. Fuldensis igitur scripturas e Burmanni adparatu excerptas cum Cassellani memoria per primum librum comparabo. Ac primum quidem ubi in F correctum aliquid uel superscriptum esse notatum est, ibi et in C correctum est uel superscriptum aliquid. u. 12 Scipio Aemilius *ante* Aemilianus *F* Scipio Aemilianus *C* an *litterae rasae sunt.* 173 aut madefactos aspergine *supra* l. multa *F* aut madefactos aspergine *C γ spscr.* .l. multa 176 et si fortes fueritis in eo *supra* quoniam nemo *F* et si fortes fueritis in eo *C γ spscr.* quoniam nemo sit ausus defendere (quem *scribendum esse libri Ciceroniani docent*) 337 *aut* russati *aut* rosei

F trussati *C* rosei *spscr. corrector.* — Corruptelarum deinde utrique codici communium incredibilis est multitudo. 6. primum Italos quosdam qui appellantur *F* primum italiam appellantur *C* italos quosdam qui appellantur *corr.* γ *scrib:* primum Italiam tenuisse quosdam qui appellabantur. 8 nomina *FC scrib:* numina 17 *ἀπὸ τοῦ θύσιν FC scrib: ἀπὸ τοῦ θεῖον* 42 tum posuit *FC scrib:* non posuit. 147 sequenti *F* sequentem *C* sequenti *corr.* γ *scrib:* sequente 157 saltationes *F* salutationes *C scrib:* stationes 159 melius *FC scrib:* medium 176 fomenta taleae *FC scrib:* fomites astulae. *(neque enim fomentum idem significat quod fomes et fomites qui sint exemplo e Clodio deprompto Seruius uult demonstrare)* 178 armamenta quae *FC scrib:* armamentaque 179 nocturnam *FC scrib:* nocturna 201 Tauroenium *FC scrib:* Tauromenium 235 historia est argumentum *F* historia est argumentum *C (omittendum est* argumentum *quod inseruit librarius, quia paulo ante legitur:* inter historiam hoc est argumentum) 317 Cypsalaae satis *F* cypsale satis *C scrib:* Cypselae ciuitatis 327 uberum *FC (hoc corruptum esse sibi persuasit Burmannus, sed fortasse Seruius Uergilium Georg.* II 234 *et* 275 *secutus uocem quae est* uber *agrum significare uoluit)* 392 dixisse crederetur *FC scrib:* dixit ne diuinando dea esse crederetur 398 aues semel *FC (quod noli cum editoribus corruptum esse putare)* 426 quibus allecti erant *FC scrib. aut:* qui allecti erant *aut:* qui in eum allecti erant. 435 pecus simiam *FC quid scribendum sit nescio* 446 ita templa faciebant *FC ibid.* orant tantum *F* erant tamen *C* tantum *corr.* γ *(uerba quae sunt* erant tamen *librarii errore hoc loco repetita sunt: nam in iis quae proxime antecedunt non* erant autem *sed* erant tamen *habet C.* tantum *autem* γ *correxisse puto ex iis quae sequuntur* alibi tantum sacra esse templa *cf. ad Aen.* IV 200. *Uerba autem de quibus quaeritur sic scribenda sunt:* morem autem Romanum ueterem tangit: antiqui (id est *quod ante* antiqui *habent edd. om. C*) enim aedes sacras ita templa faciebant e. q. s. Erant tamen templa in quibus auspicato et publice res administretur (*sic C a pr. m.* administraretur *corr.* γ) et senatus haberi possit non sacra *cf. Uarro d. l. l.* VII 10 *et Niebuhr Hist. Rom.* II 700 *et* 701) 456 ita separat pugnam illam pro omni bello futuram Lybius in Pyrrhi e. q. s. *FC scrib:* ita sperat pugnam illam pro omine belli futuram Liuius e. q. s. *cf. ad Aen.* X, 311. 479 in pectore *FC scrib:* in pictura 504 Carthagini regnatura urbe ergo iam ipsa nam regnabat *FC scrib:* Carthagini regnaturae, urbi ergo: nam ipsa iam regnabat 505 in quidam testudinem locum in *FC scrib:* in quadam testudine fuisse. Alii locum in *cf. Cicero Brut.* XXII 87. 505 impatiens *F* inpatientis *C (quod corruptum esse non recte statuunt editores: inpatiens enim linguae Chelone dicta est, ut quae linguae proteruitatem coercere non potuerit. cf. paulo post:* Chelone irridens et derogans nuptiis *et Ouid. Met.* XIII 3 impatiens irae.) 505 damnum *FC scrib:* domum 535 Orion *FC scrib:* Oenopion. 587 quae legibus *FC* γ *corr.* legimus *quod rectum est.* 621 Melissae *FC scrib:* Elissae — Quae in Fuldensi legi significauit P. Daniel eadem leguntur in Cassellano, in quo et desunt, quae in

illo deesse dicuntur. Illud persequi cum longum sit, alterum tantum exemplis probabo. 3 sed non uersus *des. i. FC* 146 et scire debemus — subuentum *des. i. FC* 198 ante enim — plenitudinem uersus *des. i. FC i. mg. scrips. γ* 646 Et stant et iuniperi et castaneae hirsutae *des. i. FC sup. lin. scrips γ* 647 quam — manifestum est *des. i. FC* — Addo scripturas in quibus Fuldensis et Cassellanus a relicuorum librorum memoria alieni consentiunt. 4 duum (duorum *rel. libr.*) elementorum mala uno sermone conclusit (complexus est *rel. libr.*) 4 posita sunt nec ad eorum exempla alia formata *FC* 8 Curitis *FC* Curetis *corr. c* 23 bis idem archaismos sane de futuro *FC* id timens *spscr. γ* 23 sane tunc ad *FC* 159 portum putatur descripsisse *FC* 184 nunc proconsulari *FC* 230 est quod afflet est quod puniat, cuius rei late patet significatio. Poetarum e. q. s. *FC quae in rel. libris addita sunt i. mg. scrips. γ* 331 tandem enim dum gentium locorum terrarum significatio posita ad ornatum pertinet aut Q doceas quia uix hoc quoque contigit aut tandem pro expletiua particula est *F idem exhibet C nisi quod pro* tandem enim *habet* interdum enim *et pro* aut Q: aut tandem. 464 similitudine F plenitudine *C corr. tamen* similitudine *c* 513 quod dicendo praeoccupat *FC* 518 intellegeres *FC* 530 et deest quam uel quem locum sicut ibi : urbs e. q. s. *FC (e Gottingensi editione Fuldensis scripturam notaui.)* 561 accedit etiam feminarum uerecundia *FC.*

Explicui adhuc scripturarum a Fuldensi et Cassellano exhibitarum congruentiam tantum: e diuersitate, quam nunc proponendam esse uideo, ne quis efficere uelit, diuersum esse Cassellanum a Fuldensi et iudicii de Petri Danielis neglegentia ab aequalibus eius facti seueritatem et ea in memoriam reuoco, quae de editionis illius origine Burmannus narrauit in praefatione: ‚Culpa uero, qua uitiosae adeo prodierint hae P. Danielis editiones, adscribenda est negligentiae Typographi, et correctoris inepti ignorantiae, cum ipse P. Daniel tunc domesticis negotiis et litibus molestis occupatus editionem curate emendare inpediretur, nouamque, quam dare cogitauerat, morte praeuentus recentare non potuerit.‘ Primum dicam de scripturis quae quanquam dissimiles sunt aliquid tamen habent similitudinis: ut multum faciant ad Danielis neglegentiam recte aestimandam. 4 qui s a n e primus *F* s a n e qui primus *C in utroque* sane *additum et suo quidem loco in C* 11 ομοις *F* οιμοις *C* scrib: θυμοῖς 14 t e r t i o rebellauit *F* t e r t i o rebelabat *C* rebellabat *correctum est. rel. libr.* ter 28 propter Dardanum Electrae pellicis filium a quo o r i g o T r o i a n a d e d u c i t u r *F habere ab editore Gottingensi didici.* p. D. Elaectrae paelicis filium uel propter iudicium paridis quod omnibus notum est *C quae inde a* filium *deleuit γ* et *superscripsit* filiae athlantis filium a quo o r i g o t r o i a n a d e d u c i t u r. 28 ergo irascitur Juno quod non ob hoc tantum raptus sit, ut diuinos honores consequeretur ut pocula ministraret, sed quod uiolatus sit, ut diuinos honores consequeretur *F idem exhibet C nisi quod* ut d. h. consequeretur *post* raptus sit *collocata omittit et ante* uiolatus *habet* ideo. 42 ita ut * Iouis *F* ita ut est Iouis *C* 42 iactus inter quos (quae *C*) etiam Minerua est sicut supra dictum est

cauendum ergo ne confusione hoc aliis nominibus demus *FC quod in libris ad alteram recensionem pertinentibus et in editionibus est spscr. γ* 140 de pseudolo Planti translatum *F* de speudolo Planti translatum *C* tractum *i. rel. libr.* 146 at in quinto ubi nullum periculum est plenius et latius et placantem maria Neptunum sic etiam in orationibus quas pro causis uel extendit uel contrahit ut in secundo libro quando e. q. s. *F* at in quinto u. n. p. e. plenius et latius placantem m. N. describit sic etiam in orationibus facit quas pro causis uel extendit uel contrahit ut in secundo libro quoniam *C* 161 luciliano *F* luciliaca *C* 182 impulit *F* impellit *C* impellunt *rel. libr.* 401 exportatum *F* exortacio *C* (p e *t ortum esse adparet*) 421 sinuegiae magalia *F* sinuegsae magalia *C scrib:* Sinuessae magalia cf. Liuius 41, 27, 12. 430 ut floream dicimus *FC* coronam *spscr. c* 470 aut prima nocte quia in Troia Rhesus non fuerat *F* aut prima nocte quia inte (*hoc deleuit corrector*) rhesus in Troia non fuerat *C* 478 inueniam omnia uersa strata aut unctaque omnia *F* inueniam uersam tersa strata aut unctaque omnia *C* 479 interea autem et satis *F* interea dum haec geruntur et satis *C* (*errore ut puto Daniel notauit* dum haec geruntur *deesse in codice, cum* autem *desit*) 507 moribus autem *F* moribus patris autem *C* (patris *notare omisit Daniel,* uiris *autem in utroque codice deest*) 538 sunt.... futuri *F* sunt in futero *C* futuro *correctum est (excidisse aliquid in F significauit Daniel, quod habet C)* 538 syncopen quotiens syllaba de medio subtrahitur et bene elegit *F* Elegit uerbum aptum naufragio ad liciendam (*scrib.* eliciendam) misericordiam quamuis natat et (ut γ) de nauibus lectum sit natat uncta carina adnauimus adnatauimus per syncopen quotiens syllaba de medio subtrahitur et bene adnauimus e. q. s. *C* 550 Ippotius uel Ipsostratus *F* Ippotens uel ipsostratus *C* (uel Ipsostratus *statim post* Ippotius *in utroque collocatum*) 566. aut uocat ardorem simpliciter belli quia semper diluuio *F* aut arborem simpliciter belli quia semper diluuio *C* 619 Theomissam *F* Tecmissam *C* 619 Turisacem a coena *F* Eurisacena *C* 647 item ex longinquitate ut Iliacis erepta ruinis ut Terentius ex Aethiopia *F* item ex longuitate iliacis erepta ruinis ut ex aethiopia e. q. s. *C* 649 nuclei *F* nculei *C* aculei *rel. libr.*

His exemplis cum quanta Danielis neglegentia fuerit probatum sit, haud arduum largitu est, illi tribuendum esse quod e Fuldensi notatum est u. 6 Uulturnium *et* Cassei *cum in C sit* Uulturnum *et* Cascei. 139 Quod enim *F* quid enim *C* 224 tantum campo iacet *F* tantum campi iacet *C* 339 aperte regione *F* aperte regionem *c i. mg.* 367 stadia XX *F* stadia uiginti duo *C* 367 leniter *F* leuiter *C* 394 ipsum *F* ipsam *C* 415 quibusue *F* quibusuis *C* 469 Hebii *F* hebri *C* 489 Tityonus *F* tithonus *C* 489 uotis *F* uitis *C* 531 bellicorum *F* bellicosam *C* 535 ubi Sicles *F* ubi Yades *C* 543 auxilio co..... placitus *F* auxilio spectare Plautus *C* 548 fulta *F* stulta *C* — Petrum Danielem non Fuldensi tantum sed

et aliis codicibus usum esse cum Burmannus docuerit in praefatione, diuersitatem quae est inter Fuldensis scripturas et Cassellani auctoritatem haud raro inde explicandam esse puto, quod alius cuiusdam codicis memoria Fuldensi obtrusa est. Quae explicatio eo procliuior est, quod ad talia tantum pertinet quae et in alterius familiae codicibus leguntur. 41 priori *F* ei *C* superiori *spscr.* *γ* 176 uerbi *F* uerbum *C* 185 permanet *F* remanet *C* 188 corripit *F* corripuit *C* 204 per comparationem *F* per compensationem *C* a compensatione *corr.* *γ* 384 leuant *F* iuuant *C* 385 intelligamus *F* intellegimus *C* 394 Agathon *F* agaten *C* 563 hoc est quiddam metuo formidabat uicinos *F* hoc est quidam et duo formidat uicinos 563 reliquam *F* reliquid *C* 649 Nescientes *F* onesicritos *C*.

Quas non memoraui scripturas, eas sciendum est aut easdem esse in utroque codice aut e Burmanni adparatu sat certo erui non potuisse, quid Fuldensem habere Daniel dixerit: id quod in graecas potissimum cadit uoces. — Danielis igitur Fuldensem eundem esse ac Cassellanum demonstrasse uideor, cum utriusque similitudinem explicauerim, excusauerim dissimilitudinem. Cuius disputationis probabilitatem facile quis dicat eo labefactari, quod Fuldensem nominauit Daniel etiam in iis commentorum partibus, quae in Cassellano desunt. Sed Cassellani membranas hodie desideratas post Petri Danielis demum aetatem deperditas esse facile est ad concedendum. Quas inueniendi spem tantum abest ut abiciam ut eas contineri sperem codice Reginensi 1674, quem et membranaceum esse, formae quadratae, saeculo decimo scriptum et Petri Danielis Aurelianensis olim fuisse docuit Henricus Keilius in Diurnis antiquariis 1848 p. 549.

Bernensis (*B*) Continentur: fol. 1—138 Seruii Bucolicorum, Georgicorum, Aeneidos librorum sex priorum et septimi u. 1—16 commenta. *Incipit expositio Sergii grammatici in bucolicon et in libros georgicon atque aeneadum. bocolica ut fert inde dicta sunt a custodia boum — arguto pectine stridulo sonanti percurrens telam manu percurrens aut quod apud maiores stantes texabant ut hodie linteones uidemus est autem homeri qui ait ICTONIIΠΥΧΟΜЄΝΗ gentis iraeque ŁNΔYΔYN. gemiti irascentum leonum sera sub nocte q̄r eo.* fol 138 *Alcuinus de rhetorica cassiodori c̄ consulis chirii fortunatiani incipit ars rhethorica**) fol. 149 *Augustinus de dialectica et de rhetorica* fol. 161 *b incipit ars rhetorica clodiani de statibus.* fol. 163 *uita horatii.* sequuntur Horatii carmina — sat 1, 3, 134 *Laroni pueri quos tu nisi fuste coerces* cf. Kirchner nou. quaest. Horat. pag. 9. fol. 183. *Metamorphoseon .I. liber p. ouidii. In noua fert — patriosque adit impiger ortus.* Sequuntur fabularum in secundo libro narratarum index et libri tertii uersus 1—56. fol. 184 b *Incipiunt libri historie gentis aediti a beda presbytero numero* V *libri incipit prologus* — In extremis foliis carmina exstant uarii argumenti: *praefatio Prisciani gram-*

*) Ex hac Alcuini operis inscriptione quam falso Seruianorum commentorum subscriptionem habuit, Muellerus in analectis Bernensibus efficere uoluit, Alcuinum aut scripsisse aut possedisse certe olim hunc codicem.

matici de laude anastasii imperatoris u. 1—22. Sequuntur ipsius carminis de laude Anastasii imperatoris, quod e codice olim Bobiensi nunc Uindobonensi a. CIƆIƆCCCXXVIII primum edidit Endlicherus, 1—44: in quibus ubi recedat Bernensis a Uindobonensi nolo significare, quod nullam prorsus inde utilitatem ad emendandum carmen redundare uideo — *Uersus sancti Johannis baptistae* — *Hlotharii uersus*. His uersibus duo comprehenduntur carmina in laudem Hlotharii imperatoris: alterum distichis elegiacis compositum incipit: *Rex pietate uigil nostros miserate labores* alterum metro sapphico scriptum: *Hauriat Caesar sapiens benignus*. Haec duo carmina adhuc ni fallor inedita sunt — Carmina nonnulla Tadoni Mediolanensi*) episcopo, qui altera saeculi noni parte floruit, inscripta et ab ipso, qui codicem scripsit, monacho condita. Id quod et scripturae similitudine euincitur et correctionum, quas carmina illa ab eadem manu experta sunt amp-

omnes. carmina cantant.

litudine, cuius haec pono exempla: praepetes penni uolucres l nunc philomelae — saecla

longa metens is plurima dona suis

futura uidens — spondens agricolae uincere posse famem — nos decet altithrono m̃tes modo t nunc regi reddere uota t nos decet altithrono regi modo reddere uota‘.

Haec omnia autem ideo tam accurate me enarasse sciendum est, quod multum faciunt ad patriam, aetatem, scriptorem codicis cognoscendum. Est igitur codex bibliothecae Bernensis 363 e libris Bongarsii, membranaceus, formae quadratae, medio fere saeculo nono litteris quas dicunt anglosaxonicis scriptus a monacho scotico**) in Lombardiae quodam monasterio. Scriptura, quae uerborum compendiis abundat ualde rudis est et incondita, omninoque codicis conditio satis dispar. Nam cum a primo usque ad uigesimum circiter folium ad tricenos quinos uersus in singulis paginis scripti sint, in relicuis ad quinquagenos inueniuntur. Deinde cum in iis quae ad Seruium pertinent foliis per totam paginae latitudinem uersus continuauerit librarius, in relicuis paginae bifariam diuisae sunt. Librarius fuit homo neglegentissimus et codice usus est haud optimae notae. Nam ut innumeram uitiorum in singulis uerbis scribendis commissorum multitudinem taceam permulta, quae breuioris Seruii recensionis, quam repraesentat codex, esse relicui huius familiae libri demonstrant, omissa sunt. Unde factum est, ut unam tantum receperim huius codicis scripturam, quae est ad u. 164 ‚faciebant‘. Nam ‚umbracula quaerere de frondibus‘ non puto apte dici.

Memorabiles contra sunt notae ab eodem qui codicem exarauit margini adscriptae. Quanquam haud paucas earum me non posse explicare libere fateor. Ueluti quae persaepe

---

*) Te uocat ambrosius domini domus . . . . . sedes l . . . . tado tuus te uocat ambrosius.

**) Monachum scoticum librarium fuisse et glossae demonstrant anglosaxonicae quae saepius obuiae sunt in codice et hi versus: collige scottigenas speculator collige sophos
. . . . ligat omnipotens collige scottigenas

obuiae sunt *sed*, *ĉτ sed*, *ioh*, (litterarum quae sunt d et h pars superior lineola transuersa quasi diuisa est) *q*, cuius ea pars quae infra uersum est hoc signo ✕ distincta est, *q*, *l* quid significent pro certo dicere non possum, conicio tamen ea quae priori loco posui nominum, quae sunt fortasse Sedulius et Johannes, signa esse. q illud distinctum ut ita dicam, signum criticum esse uidetur: per totum enim codicem saepius in margine pictum est et in Cassellano quoque inuenitur. q ‚quaestio' fortasse significat. Scholiorum initia in textu duobus punctis ante positis, in margine his signis: ⋟ ∋ indicata sunt. *f* uel *fab.* in margine legitur, ubi in texto fabula narratur, *alleg.* ubi allegorice Uergilii uerba interpretatur scholiasta. Scriptorum a Seruio laudatorum nomina in margine repetita sunt. Litteris quae sunt *dub.* dubitare se de iis quae scripserit indicasse puto librarium. *cor.* quod in foliorum, quae Aeneidos commenta continent, margine persaepe legitur correptum esse scholium fortasse significat. Quod ad ea, quae ad Aen. 39 de rebus hominum aut ex ipsorum uoluntate aut ex fati necessitate aut e deorum uoluntate descendentibus dicta sunt, in margine scriptum est *ĉτ goddiscalc* id est *contra goddiscalcum* multum facit ad aetatem codicis definiendam. Nam apte illa dici potuerunt contra Gotescalcum monachum, qui medio fere saeculo nono haereticam de praedestinatione et libera uoluntate doctrinam probare theologis studuit. cf. Kunstmann de Hrabano Mauro pag. 129 sqq. Quae ad Aen. I 535 de Orionis ortu narrata sunt, ad ea in margine scriptum est *qstio adenti epi.* Quod quid significet ignoro.

Contuli autem cum Bernensi Bucolicorum, Georgicorum libri primi, Aeneidos libri primi commenta. Quanquam haud magni pretii esse codicem dixi, tamen eius scripturas in his quae edidi omittere nolui: quas si in ea, quam paro Seruii editione omisero, non uereor ne cui neglegentiae accusandus esse uidear.

Lipsiensem (*L*) accuratius describendi otium mihi fecit Naumannus qui diligentissime ut solet de eo disputauit in catalogo librorum mss. bibl. Senat. Lips. pag. 19. Codex est membranaceus saec. X litteris carolingicis quas dicunt ab eadem manu scriptus in CCLXXII foliis. Correctores passus est duos, glossatorem unum. Illorum prior (l) librario fere aequalis codicem correxit ad ipsum e quo descriptus est exemplum*), alter, (λ) in cuius aetatem non est cur accuratius inquiratur, e coniectura scribendi nonnulla uitia eodem, quo tertius Cassellani corrector modo emendauit. Glossator lemmata et scholiorum argumenta, raro etiam adnotatiunculas ex ipsius ingenio profectas in margine posuit, ipsius deinde Seruii uerbis multas superscripsit glossas, quarum exempla proferre inutile uidetur. In forma autem et litterarum ductu Lipsiensis Cassellano tam similis est, ut Fuldae utrumque scriptum esse probabiliter mihi uidear conicere. Quae suspicio haud mediocriter eo adiuuatur, quod

*) Quanquam et ad u. 180 cum Cassellano facit hic corrector et in margine haud ita raro addidit adnotationes, quarum pars in Cassellano quoque legitur, aliae ipsius ingenio deberi uidentur.

et eorum, qui primum utrumque codicem correxerunt manus si non pares at simillimae certe sunt altera alteri, et in utriusque codicis margine saepius signum pictum est e N, O, T litteris, quibus A nonnunquam additur, artificiose inter se iunctis formatum. Eodem praeterea citandi signo utuntur c et l. Fortasse igitur alter Fuldensis, quem Franciscum Modium aliquotiens nominasse, a Duebnero didici, inuentus est.

His autem tribus codicibus ita usus sum, ut ad Cassellani auctoritatem quam proxime me adplicarem. A qua ratio sola me alienare potuit. Ueluti in uersu e Pseudolo Plautina ad u. 140 a Servio nominato Lipsiensis recepi scripturam: ex ea enim nemo infitiabitur ortam esse Cassellani memoriam, quae ipsa nihil habet quo commendetur. Nam etsi procliuis esse uideatur emendatio, quae est *Nisi forte tu aliquem defregisti carcerem tuam domum,* tamen ut alia mittam neque ‚carcerem defringere' latine dictum est, et e memoria nominauit uersum illum Seruius. Ciceroniani quoque Oratoris uerba ad. 176 nominasse Seruium adparet libri illius exemplo non inspecto. Unde uerba illa intacta relinquere malui quam dare quod in Ciceronis legitur editionibus: *Sed quod educata huius nutrimentis eloquentia, ipsa se postea colorat.* In Clodii uerbis ad u. 176 laudatis *a fungi fomite excepta* scribendum esse me probabiliter coniecisse Plinius, quem emendationis meae patronum exsistere nolui, probabit; in locum autem corruptae Cassellani scripturae, quae est ‚cauata' quod graecam uocem *καυστά* substitui, nemo uituperabit. Nam Clodium illum eundem esse cum Clodio Tusco mihi persuasi. Qui Uarronis tempore uixit. Sinnium Capitonem enim litteras ad eum dedisse Gellius narrat Noct. Att. V, 20. — Praeterea lectores scire uolo, me ea quae et in Lipsiensi et in Bernensi desiderantur uncis quadratis includenda curasse. Contra quae in solo Bernensi desunt in adnotatione critica significaui. Denique quae in Cassellano non sunt, ea etiamsi et corrector addiderit et relicui libri exhibeant, in uerborum continuitatem recipere nolui.

139. [*Sed mihi sorte datum; sorte* ideo ait, quia Juppiter et Neptunus et Dis pater, Saturni et Opis filii cum de mundi possessione certamen inissent, placuit ut imperium sorte diuiderent: ita effectum est, ut caelum Juppiter, maria Neptunus, Dis pater iuferos sortirentur]. *Inmania;* aspera: *manum* enim antiqui bonum dicebant, [sicut supra dictum est.] Unde et *mane* dicitur. Quid enim melius? Unde per antifrasin *manes* [nominati], quia non sunt boni. 140. *Uestras Eure domos;* irascentum [enim] est uti proprio nomine, ut Terentius: *Ego te in pistrinum Daue dedam.* Aut quasi contra principem tempestatis (Ter. Andr. 1, 2, 25) irascitur, quem primum constat egressum, [quia supra: *Una Eurusque Notusque ruunt.*] Quod autem dixit *Saxa inmania, uestras domos* de Pseudolo Plauti translatum est: *Nisi* (Plaut. Pseud. 4, 7, 76) *forte carcerem aliquando effregistis, uestram domum.* [Et figurate *saxa, domos:* uario enim significatu idem ostenditur. *Jactet;* pro glorietur, sicut in Georgicis: *nullo tantum* (Georg. 1, 102) *se Moesia cultu Jactet.* Et hoc ex accidenti sumptum, quoniam quicumque sunt in aliqua re gloriosissima motu quodam et incessu corpus suum iactant.] *Aula;* inrisio est, sequitur enim carcer. Et nihil tam contrarium, si [aula] simpliciter intellegatur. 141. *Clauso;* quia uentos emittere non ipsius [potestatis] est, sed iubentis. [Et hoc est *foedere certo* et *dare iussus habenas. Uentorum;* non otiose, sed per exprobrationem, poterat enim dicere uestro, sed ut supra: *Meo sine numine uenti.*] *Carcere regnet;* licet carcer sit, tamen regnum est Aeoli: haec enim pro affectu possidentis intellegenda sunt, ut alibi cum de rure loqueretur: *Post aliquot mea regna uidens m. a.* [Et bene regnum Aeoli custo- (Ecl. 1, 70) diam carceris dixit.] 142. *Dicto citius;* non antequam diceret, dixit enim *Haec ait;* sed citius quam dici potest. *Placat;* sub poetica licentia physicam tangit rationem. Mare

1 Sed mihi sorte datum; sorte *in secundo fuerunt quaternione, qui amissus est* 3 diuiderent *c* euiderent *C* dissipater *C* imferos *C* 4 *post* sortirentur *add.* sorte; ac (hac *L*) si diceret, (dicere *B*) potuisse se (potuis *L* potuisse se *corr. l*) etiam caelum tenere: Aeolum uero etiam beneficio (beneficio etiam *B*) carceris regna meruisse *BL quae Duebnerus in secundo quaternione fuisse haud probabiliter coniecit in Zimmermanni Ann.* 1834 *Nr.* 153 *pag.* 1225 immania *BL* 5 unde per] et per *BL post* manes *add.* inferi *BL* 6 irascentum *B* irascentem *C* (irascentis *corr. c*) irascentium *L* ut in *B* 7 ut — dedam *om. B* Terrentius *L* p ııı istinam *C* (*erasam puto* r *litteram, quam post* ı *superscripsit γ*) pristinum *L* dedam *supra rasuram scrips. γ* principem — egressum *om. B* 8 irascimus *L* (irascitur *corr. l*) 9 dixit *spscr. c* immania *BL* uestras domos *om. B* speudolo *C* tractum *BL post* est *add.* ubi ait *Lγ* 10 aliquando effregistis *Lγ* aliquando effregisti *B* tuli quem defregisti *C* uario *γ* uari *C* 12 et *correctum e* ex *in C* accindenti *C* 13 gloriosissima *correctum e* gloriosissimo *in C post* motu *duae litterae erasae sunt in C* irrisio *BL* 14 intelligamus *BL* 15 qui admittere uentos *B* quia dimittere uentos *L post* est *add.* aeoli *B* sed iubentis *om. B* 16 noti close *C* 17 carcere — Aeoli *om. B* 18 hoc *B* 19 ea *C* (mea *corr. c*) m. a *om. B* 21 placuit *C* (ui *litteris rasis non erasis* a *spscr. c*) fisicam *C* phisicam *BL post* physicam *add.* quoque *BLγ*

enim dicitur esse Neptunus, quem superius dixit grauiter commotum, quia tempestas erat. Nunc ait *placat,* quia iam sedari coeperunt maria. **143.** *Collectasque fugat nubes;* aut nunc collegit et fugauit, aut ante a uentis collectas fugauit, id est resoluit. [Colligere enim nubes dicitur caelum, ut: *Aut, si nox pluuiam ne colligat ante ueremur. Solemque reducit;* per solem serenitatem intellegendum, quia superius dixerat: *Eripiunt subito nubes caelumque diemque.* Quis enim ignorat, diem constare per solem? Et consequens erat, ut fugatis nubibus sol rediret.] **144.** *Cymothoe;* nomina deorum plerumque de causis sunt ficta ab elementis, quae numina dici uoluere maiores, ut *Cymothoe* id est cursus fluctuum, *ἀπὸ τοῦ θέειν τὸ κῦμα. Triton;* deus marinus, Neptuni et Salaciae filius deae marinae, ab aqua salsa dictae. *Adnixus;* antiquum est, ut *conixus,* quibus hodie non utimur. Dicimus enim *adnisus* et *conisus.* Sed et multa alia usus contra antiquitatem uindicauit. Illi enim *parsi* Aen. 1, 175 dicebant, nos dicimus *peperci.* Item nos dicimus *suscepi,* illi dicebant *succepi,* ut: *Succepitque ignem foliis.* [Et *adnixus* zeugma est, adnixi enim debuit dicere, ut paulo post: *Haut aliter* Aen. 1, 399 *puppesque tuae pubesque tuorum Aut portum tenet.* Ergo adnixus ad Tritonem tantum pertinet, quia Cymothoen iuuat. Quibusdam sane non uidetur zeugma, quia adnixus non conixus. Ordo tamen est: Cymothoe simul et Triton acuto detrudunt naues scopulo, ab aris scilicet, in quas *tris Notus abreptas in s. l. t.*] **145.** *Leuat ipse tridenti;* leues ac nauigabiles facit, Aen. 1, 330 ut: *nostrumque leues, quaecumque, laborem.* [Alibi *leuat,* laxat, ut: *atque arta leuari* Aen. 2, 145 *Uincla iubet Priamus. Tridenti* autem pro *tridente,* datiuum pro ablatiuo. **146.** *Aperit;* ideo quia harenarum congerie inpediente praeclusae ad nauigandum erant. Ceterum bis idem. Ergo inmisso in eas mari aptas ad nauigandum facit. Sic Sallustius: *Sed ubi tempore anni mare classibus patefactum est. Temperat;* tranquillum facit. *Atque rotis summas l. p. l. u;* bene non moratur in descriptione currus, ut citius liberetur Aeneas.] At in quinto, ubi nullum periculum est, plenius et latius describit placantem maria Neptunum. Sic etiam in orationibus facit, quas pro causis uel extendit uel contrahit, ut in secundo libro quo- Aen. 2, 145 niam imminet periculum uno uersu ait: *Quo res summa loco Panthu?* quam prendimus

1 grauiter dixit esse *L* 2 *post* nunc *add.* autem *γ* coeperant *B* 3 colligit *L* 4 aut *om. C* (at *spscr. c*) 7 Chimotheo *C* Cimothe *L* Cimothoe *l* causi *C* (causa *corr. c*) 8 nomina *C* uoluerunt *L* ut *om. B* Chymothae *C* Cimothoe *L* cursu *C* 9 *ΘECINTOKIMA C ΘICINTOKINA B ECINTOKIMA L* maris *B* Saliaciae *L* maris *Bl* 10 et *L* 12 peperci *i. ras. scrips. γ* et *B* dicimus *om. B* dicebant *om. B* ut — foliis *om. B* suscepitque *L* 13 *post* enim *undecim litterarum spatium uacuum relinquere librarium iussit membranae uitium* 15 Chymoten *C* iuuabat *C fortasse* ergo adnixus e. q. s. *post* non conixus *ponenda sunt* ae (*γ*)
16 Cymothe *C* 17 ipse tridenti *om. BL* 18 //// cumque *C* quemcumque *γ* (*rasura in fine uersus est, uersui qui sequitur i mg.* quem *praescripsit γ*) 21 Sallustius *C* 23 *post* Aeneas *add.* et scire debemus, prudenter poetam pro causis uel tendere uel corripere orationem, ut hoc loco periclitantibus Troianis tota celeritate dicit esse subuentum *L et γ i. mg. quorum quae sunt inde ab* et *usque ad* orationem *habet B relicua uero usque ad* arcem *om.* contra *L* 24 plenius et *om. L del. in C corrector* mare *L* Sic — contrahit *om. B* 25 item *L* 26 pantu *C* prendimus prendimus *C*

arcem? 147. *Perlabitur autem undas* figura est. Quod enim nos modo dicimus per praepositionem nomini copulatam sequente uerbo, antiqui uerso ordine praepositionem detractam nomini iungebant uerbo, ita tamen, ut esset una pars orationis, et faciebant honestam elocutionem. Nos dicimus: *Per undas labitur* illi dicebant: *Perlabitur undas.* Item *per forum curro* et *percurro forum.* Notandum tamen quod plerumque suum regit casum, plerumque ad ablatiuum transit. 148. *Ac ueluti magno in populo;* Uergilius tempestati populi motum comparat, Tullius populo tempestatem ut in Miloniana: *Equidem ceteras* Cic. pro Mil. 2 *tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus concionum.* [Ita et Homerus seditioni tempestatem: *Κινήϑη δ'ἀγορή; ὡς κύματα μακρὰ ϑαλάσσης.*] Ideo autem *magno* addidit, Hom. Il. 2,144 quia ubi frequens populus est, ibi est et crebra seditio. [Et quidam *populum* totam ciuitatem, *uulgum* uero plebem significari putant. *Saepe;* ut fieri solet. 149. *Seditio; seditio* est dissensio ciuium, sicut Cicero ait in de Republica: *Eaque dissensio ciuium, quod seor-* Cic. de Rep. 6. 1 *sum eunt alii ad alios, seditio dicitur.*] *Animis ignobile; ignobile* id est stultum, contra nobilem animum prudentium dicimus. Ideo etiam paulo post ait, *Arrectis auribus.* Sumpsit enim translationem ab animalibus, [quae utique stultiora sunt.] *Uulgus* [autem] et masculini generis et neutri lectum est, [sed] generis neutri hoc loco, alibi masculini ut: *In* Aen. 2, 99 *uulgum ambiguas.* Et hoc est artis, ut masculino utamur, quoniam omnia latina nomina in *us* exeuntia, si neutra fuerint, tertiae sunt declinationis, ut *pecus pecoris;* si autem secundae fuerint declinationis, masculina sunt; *uulgi* ergo facit, ut *docti, clari,* non *uulgeris* [ut pecoris]. Usurpatum tamen est [ad] neutrum genus propter graecum nomen id est *pelagus.* Cum enim *pelagi* faciat, neutri tamen est generis. 150. [*Jamque faces et saxa uolant;* multi non *uolant,* sed *volunt* inuenisse se dicunt. Sed Cornutus *uerendum,* ait, *ne praeposterum sit faces uelle, et sic saxa, cum alibi maturius et ex ordine dictum sit: Arma uelit poscatque simul rapiatque iuuentus.*] *Furor arma ministrat;* Sic alibi: *Rimanti telum ira facit.* Aen. 7, 508 [Sane summa uelocitate sensus explicitus.] 151. *Tum pietate grauem;* uenerabilem, unde

1 autem *om. BL* 2 sequentem *C* (sequenti *corr. γ*) uersu *C* (uerso *corr. c*) ordini *C* (ordine *corr. c*) 3 itam *L* (ita tamen *corr. l*) essellit *C* ullina *C* herationis *L* 5 nontandum *L* namque *B* plane *L* casum *om. B* 6 ad *om. CB i. mg. add. γ* Ac *om. B* in magno *B* iste *C* (Uirgilius *spscr. γ*) 7 Tullius — concionum *om. B* ut in miloninae *C* pro milone *Lγ* quidem *C* (equidem *corr. m. s.*) 8 contionum *L* 9 *ΚΕΙΝΗΘΗΔΑ ΓΟΡΗωϹΚΤΜΑΤΑΜΑΚΡΑ ΘΑΛΑΕϹΗϹ C* 10 frequens populus est ibi est *c* frequens populus et *C* frequens populus est ibi et *B* frequens est populus ibi et *L* Et *edd.* ut *a m. s. i. ras.* 12 dissensio ciuium *e coniectura inserui* ille r̃ p a quae *C* e (*c*) *cf. Nonius s. u. seditionis pag.* 25 13 Nimis *C* (A *praefixit γ*) ANUUS *L* ignobile *om. B post* stultum *add.* ut *Lγ* 14 ideo — animalibus *om. B* unde *L* 15 enim *om. C* (*spscr. γ*) 16 generis *om. B* est lectum *B* lectum *L* generis — ut *om. B* 17 ambiguas in uulgum *B* iugum *C* (uulgum *corr. c*) hoc *om. B* et *C* (ut *corr. c*) quia *BL* nomina latina *B* 18 exeuntia *BLc* et neutra *C* si neutra fuerint *om. B* sunt tertiae declinationis *BL* pecoris] ris *B* 19 fuerint] sunt *B* autem *BL* non uulgeris ut docti clari *BLγ* (clari *om. B*) 20 ut pecoris *C* neutrum genus *om. B post* propter *add.* unum *BLγ* pelaius *C* (pelagus *corr. c*) pellagus *L* 21 cum — generis *om. B* 22 cornutus *c* curnutus *C* 24 ut *B* ministranti *B* 25 Tum pietate *om. BL*

et contemptibiles leues dicimus: [uel pietate grauem, cuius illis auctoritas ob pietatem est
grauis.] Et bene seruat circa hunc rhetoricam definitionem, cui dat et iustitiam et peritiam
dicendi, ut: *Tum pietate grauem* et: *Ille regit dictis animos.* Orator enim est *Uir bonus,*
dicendi peritus. [*Quem*; id est aliquem. 152. *Arrectis auribus*; translatio a mutis ani-
Ter. Andr. 5, 4, 30 malibus, quibus aures mobiles sunt. An aures pro audiendi sensu posuit, secutus Terentium
Aen. 8, 540 qui ait: *Arrige aures Pamfile.*] 155. *Genitor*; uenerabilis, ut: *Thybri pater.* Ergo hoc
nomen et ad ipsum patrem pertinet et ad honorem refertur. [Sane ueteres omnes deos
patres dicebant.] *Caeloque inuectus aperto*; non per caelum uectus, sed caelo iam sereno
uectus per maria. 156. [*Flectit*; quidam *flectit* pro regit accipiunt, ut interdum *torquet*
Aen. 12, 180 in eodem significatu ponit: *Qui numine torques.*] *Curruque;* non ut quidam putant pro
currui posuit, nec est apocope, sed ratio artis antiquae; quia omnis nominatiuus pluralis
regit genetiuum singularem et isosyllabus esse debet, ut *hae musae, huius musae, hi docti,*
huius docti. Item a genetiuo singulari datiuus regitur singularis, ut isosyllabus sit, sicut
Georg. 1, 208 *huius docti, huic docto.* Inde ergo est: *Curruque* et: *Libra die,* ne, si *diei* fecisset,
maior esset nominatiuo plurali. Tale est et: *Curruque abscisa duorum s. c. Secundo;*
Troianis obsequenti. Et tractus sermo est a sequentibus seruis, id est pedissequis, secun-
dis. Unde et *secundam fortunam* dicimus [a sequendo.] 157. *Aeneadae;* nunc Troiani, ali-
Aen. 8, 648 quando Romani, ut: *Aeneadae in ferrum pro libertate ruebant.* [*Proxima litora;* ideo
quia post periculum non eligitur litus, sed quodcumque occurrit occupatur.] *Cursu;* aut
secundum quod superius diximus: *Proxima cursu* id est *cursui.* Aut contendunt cursu
Aen. 3, 507 petere. Et est septimus casus. [Ut hic *cursu* de nauibus, ita alibi *iter*, ut: *Unde iter*
Aen. 5, 2 *Italiam* et in quinto: *Certus iter.* Stationes etiam nauium dicebant, quod est animalibus
terrestribus proprium.] 158. *Uertuntur;* scilicet a proposito itinere, hoc est ab Italia.
159. *Est in secessu;* topothesia est, id est fictus secundum poeticam licentiam locus. Ne

1 contemptibilem *C* (contemptibiles *corr. c*) contibiles *L* (contemtibiles *corr. l*) 2 *post* bene *add.* dat et *B* contra *L* (circa *corr. l*) retoricam *C* rethoricam *BL* diffinitionem *γ* 3 ita definitur *BLγ* 4 QUẼ aliquem *l i. mg.* 5 aures *c* itures *C uerba quae sunt* arrectis auribus; de imperito populo et stulto (imperito et stulto populo *γ*) sermonem faciens recte arrectis dicit quod est proprie animalium *i. mg. scrips. γl* (m. s.) 6 thybri C tiberi *L* 7 uerum *BLγ* 8 nectus *C* (uectus *corr. c*) caelum *B* iam *om. B* 10 numine *c* nomine *C* Curru *BL* (co (*l*)) putant *spscr. l* 11 curro *L* (currui *corr. l*) apogope *B* apopae *L* 12 genitiuum *B* u'''sosyllabus *C* (*secundum u litterae obelum obleuit corrector*) isosyllabos *B* hii *C* 13 genitiuo *B* datur *L* (datiuus *corr. l*) issyllabus *C* (isosyllabus o *littera inter* s *et* s *posita corr. γ*) ΙCOCΤΛΛΑΒΟC *B* sit *spscr. γ* sicut *om. B* ut *L* 14 dei *C* (diei *corr. c*) fecisse *C* 15 esse *C* corruque *C uerba quae sunt inde ab* inde *usque ad* duorum s. c. *in BL sic scripta sunt* Inde ergo est: curruque (que *om. B*) abscisa (abscissa *B*) et: libra die ne si diei fecisset (fecisse *B*) maior esset nominatiuo plurali 16 est sermo *BL* (sermo *spscr. l*) pedissequis *cL* sequis *C* pedisequis *B* secundis *spscr. c* 17 secunda fortuna *L post* dicimus *add.* quod secundum nos est id est prope nos *BLγ* 18 aliquondo *C* aenedae *B* enaeadae *L* 19 Cirsu *C* 20 quos *C* (quod *corr. c*) aut secundum quod *et* diximus *omissis* ut superius *B* 21 cursu *c* curru *C* 22 stationes *edd.* salutationes *C* 23 terrestribusque *C* itenere *CL* 24 Est *i. ras. c* ΤΟΠΟΘΕCΙΑ *B* est *om. B*

autem uideatur penitus a ueritate discedere, Hispaniensis Carthaginis portum putatur descripsisse. Ceterum hunc locum in Africa nusquam esse constat, nec incongrue propter nominis similitudinem posuit; nam topografia est rei uerae descriptio. *Secessu*; sinu secreto. *Locus* [autem], subaudis *quem*, ut superius: *Urbs antiqua fuit.* Et sciendum est, Aen. 1. 12 quotiens praemittimus nomen cuiuslibet generis, et interposito pronomine sequitur proprium nomen alterius generis, medium illud pronomen proprii nominis genus sequitur, ut Sallustius: *Est in carcere locus, quod Tullianum appellatur.* Ecce proprio iunxit, non appel- Sall. Cat. 55 latiuo. Tullianum enim proprium est, carcer appellatiuum. Si autem utraque nomina appellatiua fuerint, licenter cui uolumus respondemus. [*Insula portum efficit; quem locum* subaudimus, uel *in quo* insula portum efficit. Hoc enim solummodo portus, quod insula anteposita est]. **161.** *Inque sinus scindit sese unda reductos*; diuidit se unda in sinus reductos id est replicabiles. [*Inque sinus* autem antiqua est locutio. Sic ipse alibi: *Inque* Aen. 9, 288 *salutatam linquo.* C. Memmius de triumfo Luculli Asiatico: *Inque luxuriosissimis Asiae oppidis consedisse.* et mox: *Inque Gallograeciam redierunt.*] **162.** *Gemini*; pares, similes; interdum et duos significat. *Minantur*; eminent, ut: *Minaeque murorum Ingentes.* Item: Aen. 4, 88 *Illa usque minatur.* [Et ita est, ut quae eminent minari uideantur.] **163.** *Sub uertice*; Aen. 2, 628 hoc est circa radices montis, quae ad rectam lineam suspiciunt cacumen, id est uerticem. **164.** [*Tuta*; a tempestate defensa; ideo et silent. *Tum*; pro praeterea.] *Siluis scena coruscis; siluis coruscis* hoc est siluarum coruscarum, id est crispantium, ut Iuuenalis: *Longa coruscat serraco ueniente abies.* Et posuit septimum pro genetiuo, ut superius: Iuuen. 3. 254 *Pulchra prole.* [Alii *crouscis* tremulis uel umbrantibus accipiunt.] *Scena*; inumbratio. Et dicta scena ἀπὸ τῆς σκιᾶς. Apud antiquos enim theatri scena parietem non habuit, sed de frondibus umbracula faciebant. Postea tabulata conponere coeperunt in modum parietis. [Scena autem pars theatri aduersa spectantibus, in qua sunt regia. **165.** *Desuper*; pro super; de praepositio est contra rationem adiecta.] *Horrenti*; horror plerumque ad odium

1 Cartaginis *BL* 2 descripsit *BL* Affrica *L* 3 *ΤΟΠΟΓΡΑΦΙΑ B ΤΟΠΙΡΦCIA* id est *L ΤωΠω-ΓΡΑΦΙΑ l post* descriptio *add.* ut est in carcere locus quod tullianum appellatur *B* 4 ut superius: urbs antiqua fuit *om. B post* est *add.* quia *Lγ* 5 *post* sequitur *in C tres litterae erasae sunt, quae nisi fefellit me oculorum acies* seq *fuerunt.* proprium *e coniectura inserui* 6 melius *C* ut apud Sallustium *B* Salustius *L* 7 appellatur — enim *om. B* dicitur *L* 9 quem locum subaudimus uel in quo insula portum efficit *i. mg. scrips. c* 10 quod *c* q///*C post* quod *add.* iiii *C* 11 Inque sinus *et* seso unda reductos *om. B* sse *C* (sese *corr. c*) 12 autem *del. corrector* 13 Luculli Asiatico *e coniectura Duebneri in Jahnii Ann.* XI, 3, 279 *scripsi* luciliaca iiii *C* luxoriosimis *C* 14 gallogregiam *C* similis *C* 15 duo *C post* minantur *add.* id est *B* item] èt *B* 17 montes *C* (montis *corr. c*) liniam *B* susatiunt *in C fuisse uidetur* (suspiciunt *corrector*) 18 siluis coruscis B Tum siluis s. co. *L* silui *C* (siluis *corr. c*) 19 siluis coruscis *om. B* hoc] id *B* ut — prole *om. B* 20 longo *L* caruscat *L* sarrqc///*C* (*extremae huius uocis litterae corrigendo ita corruptae sunt, ut legi nequeant, ceterum* se *corr. m. s.*) serracon *L* et *C* (ut *corrector*) 21 pulcra *L* choruscis *C* 22 asiotes scias *C ΑΠΟΤΤCΚΗΑC c ΤΕC L* theatralis *BL* habebat *B* 23 *post* frondibus *add.* opaca *B* quaerebant *CL* tambulata *C* (m *rasum est*) componere *B* compore *L* modis *C* (modum *corr.* is *litteris erasis γ*) 24 pars] ars *litteras i. ras. scrips. c* 25 pro super de *e coniectura scripsi* pro *C* (de (*c*)) otium *C* (odium *corr. c*) hodium *L*

[Lucan. 3, 411] pertinet, plerumque ad uenerationem, ut hoc loco. Sic Lucanus: *Arboribus suus horror inest. Atrum nemus;* tropus est: per atrum [enim] nigrum ostendit, per nigrum umbrosum, per [Aen. 3, 688] umbrosum densum, id est frondibus plenum. 167. *Uiuo;* naturali, ut: *Uiuo praeteruehor ostia saxo.* 168. *Nympharum domus;* aut uerum dicit et est historia, aut ad laudem pertinet loci. Talis inquid locus est, ut domus credatur esse nympharum. *Hic;* pro illic, more suo. 169. *Anchora morsu;* hoc nomen cum in Graeco, unde originem ducit, aspirationem non habeat, in Latino aspiratur: quod est contrarium. Nam magis Graecorum est aspiratio. Sed hoc in paucis nominibus inuenitur. *Morsum* autem de anchoris bene dixit, cum alio loco [Aen. 6, 3] inueniamus: *Tum dente tenaci Anchora fundabat naues.* 170. [*Huc septem Aeneas c. n.;* quidam uolunt hoc loco quaestionem nasci. Si fauet Neptunus Troianis, cur cum omnibus nauibus ad Africam non peruenit Aeneas? Sed Neptunus postquam sensit tempestatem commotam potuit de periculo liberare Troianos: antefacta uero mutare non potuit. Nam et Orontis nauem cum omnibus sociis eius constat perisse, et simul libri oeconomia perisset, si Aeneas cum omnibus nauibus peruenisset. Uolunt autem septem naues ita interim colligi, ut una Aeneae sit, tres de saxis a Cymothoe et Tritone, tres de Syrtibus, Neptuno Syrtes nauigabiles faciente, liberatae sint, reliquae tantum dispersae sint, quas paulo post legimus ad Africae litus adpulsas. Nouam tamen rem Naeuius Bello Punico dicit, unam nauem habuisse Aenean, quam Mercurius fecerit.] 171. *Telluris amore;* cuiuscumque [terrae] post pericula; unde et superius: *Quae proxima litora cursu* et paulo post: *Optata potiuntur Troes harena.* [Nam reuera haec optata non erat eis, qui ad Italiam festinaunt. Et *harena* aut pro terra posita est, aut et *harena* grata potuit esse post mare.] *Tellurem* autem pro terra posuit, cum Tellurem ipsam deam dicamus, terram elementum, ut plerumque ponimus Uulcanum pro igne, Cererem pro frumento, Liberum pro [Uarro] uino. 172. *Harena;* quaeritur habeat necne nomen hoc aspirationem. Et Uarro sic definit: *Si ab ariditate dicitur non habet, si ab haerendo, ut uidemus in fabricis, habet.* Melior tamen est superior etymologia. 173. *Sale tabentes;* [aut] madefactos aspargine, [aut qui apud sentinam laborauerint; nam supra ait: *Omnes accipiunt inimicum imbrem.* Sane marina aqua dicitur exesse et extenuare ut cetera sic corpus humanum. *In litore;* [Aen. 8, 616] pro in litus, ut: *Arma sub aduersa posuit radiantia quercu* pro sub aduersam quercum.]

1 hoc loco sic *om. B* 2 nigrum ostendit per *om. B* 3 *post* uiuo *add.* id est *B* praeteruecor *L* 4 hostia *L* saxa *L* nimfarum *B* istoria *L* 5 loci [aut (*corrector*)] *C* inquid *C* inquit *L* credatur domus *L* nymfarum *B* 6 *uerba quae sunt* anchora dens ferreus est ex graeca etymologia, (ethimologia *γ*) quod quasi hominis manus comprehendat scopulos uel harenas, nam manus graece χεὶρ (cyra *γ*) dicitur *citandi signo supra* morsu *posito i. mg. add. γ* groco *L* 7 magistrum *L* (magis grecorum est *corr. l*) haspiratio *CB* 8 morsu *B* 9 nauis *BL* aeneaes *C* 10 *post* quidam *est* dabat *in C* nasci/// *C* si *spscr. c* 13 orantis *C* 14 uoluntatem *C* 15 Aeneae *e coniectura scripsi* aeneas *C* 18 cuiusque *L* (cuiuscumque *corr. l*) 19 *post* superius *add.* dixit *BLγ* *post* cursu *add.* contendunt *BLγ* paulo post *om. B* *post* post *add.* infert *Lγ* 20 potiuntur Troes *om. B* arena *BL* 23 igni *L* 24 haspirationem *B* 25 aritate *L* ut uidemus in *spscr. c* uidemus *om. B* 26 ethymologia *C* ethimologia *BL* aut [id est multa (*γ*)] *C* *post* tabentes *add.* id est *B* aspergine *BLγ*

174. *Silicis scintillam excudit;* bene adiecit speciem, quia in lapidibus certis inuenitur ignis. *Excudit* autem est feriendo elicit, quia *cudere* est ferire. Unde et *incus* dicitur, quod illic aliquid cudamus id est feriamus. *Achates;* adlusit ad nomen: nam achates lapidis species est. Bene ergo ipsum dicit ignem excudisse. Unde et Achaten eius comitem dixit. Lectum enim est in Naturali Historia Plinii, quod si quis hunc lapidem in anulo habuerit, [ad custodiam eius proficit et] gratiosior esse uideatur. **175.** *Succepit;* pro suscepit, ut supra dictum est. **176.** [*Nutrimenta;* Cicero in Oratore: *Et qui deducta huius nutrimenta eloquentia ipsa se postea colorauit.*] *Rapuitque in fomite flammam;* Paene solicophanes est. Nam cum mutationem uerbum significet, ablatiuo usus est. Sed hoc soluit aut antiqua circa communes praepositiones licentia, ut est: *Conditus in nubem.* Contra: *Et nota conduntur in aluo.* Item: *Saeua sedens super arma.* Et: *Geminae super arbore sidunt.* Cicero: *Quod ille in capite ab hostium duce acceperat.* Item: *Et si fortes fueritis in eo, quem nemo sit ausus defendere.* Aut *rapuit* raptim fecit flammam in fomite, id est celeriter. [Et mire *rapuit;* opus est enim uelocitate ad tale ministerium. Saue *fomites* sunt assulae, quae ab arboribus cadunt, quando inciduntur, quod foueant ignem. Clodius scriba commentariorum IIII: *Fomenta taleae excisae ex arboribus.* Item alio loco: *astulae ambustae ligna cauata a fungis nomine excepto.* **177.** *Cererem;* metonymia, pro frumento.] *Corruptam undis;* aqua emollitam. *Cerealiaque arma;* fugiens uilia ad generalitatem transiit. [*Arma* enim generaliter omnium rerum instrumenta dicuntur; ubi reponuntur *armaria* dicta sunt. Ergo hic] propter carminis dignitatem [refugiens uilia] rem uilem auxit honestate sermonis, ut alibi ne lucernam diceret ait: *Testa cum ardente uiderent Scintillare oleum.* Et sciendum est, iudice euphonia dici *Cerialia* uel *Cerealia, Typhoea* uel *Typhoia Caesareanus* uel *Caesarianus.* In his ergo licentia deriuationis est. **178.** [Nigidius de hominum naturalibus IIII: *Omnis enim ars materia inuenta, circa quam uersetur, ferramenta, uasa, instrumentum, armamentaque primum comparat, per quae opera sua efficere possit.*] *Fessi rerum;* hoc est, penuria fatigati, [id est esurientes, quod fere laborem fames subsequitur.] Et *fessus* generale est; dicimus enim *fessus animo,* [id est incertus consilii],

Cic. Orat. 13, 42
Georg. 1,441
Aen. 2, 401 et 1, 295
Aen. 6, 203
Cic. i. Uerr. 2, 1, 1
Clodius
Georg. 1,391
Nigidius de hom. nat. IV

1 silici *C* (silicis *corr. c*) scinillam *C* (scintillam *corr. c.*) excudit *om. B* in certis enim lapidibus gnis est *B* 2 efferiendo *L* dicitur *om. B* 3 feriamus] feriendo procudamus *B* 4 ipse *B* excusisse *CB* excussisse *L* ipsum esse *L* (eius *corr. l*) 5 enim *Bγ om. CL* istoria *L* 6 habeat *B* esse uideatur *spscr. γ* uideatur *spscr. l* 7 ut diximus superius *L* 8 calorauit *C* flamma *B* 9 solycophanes *CB* significat *B* 10 aut *spscr. c.* cir *L* (circa *corr. l*) praepositiones] usus est *sprcr. γ* 12 cappite *L* (p *prius obleuit l*) item — defendere *om. B* fuuerititis *C* 13 quoniam nemo sit ausus defendere *spscr. γ* 14 mira *C* 15 *fortasse post* inciduntur *inserendum est* dictae 16 commentoriorum *C fortasse* fomites astulae *scribendum est cf. Paul. Diac. pag.* 84 *ed. Muell. s. u. Fomites* 17 *dedi quae sunt in C scribendum tamen esse conicio* ligna χαυστὰ a fungi fomite excepta *cf. Plin. nat. hist.* XVI, 67 metonomina *C* 18 *post* undis *add.* id est *B* 20 re *C* (rem *corr. c*) 21 testam *B* ardentem *B* scintillare oleum *spscr. γ* 22 eufonia *CB* eufoniados *spscr. γ* dicere *CL* Cerialia] cerinlia *C* (cere lea *corr. c.*) tyfoea *CL* typhoia *c* typoia *C* tyfoea *B* tyfoia *L* 23 Caesareanus] Caesarianus *B* diriuationis *BL* 25 armamentaque *coniectura est Duebneri l. l. pag.* 1226 armamenta quae *C* 26 poenuria *L* 27 Et fessus — proprium *i. mg. scrips. l*

F sed quod educata huius nutrimentis (nutrimento [illegible]) eloquentia ipsa se postea colorat
[illegible] Servius: qui deducta

[Aen. 8, 232] ut: *Ter fessus ualle resedit* et *fessus corpore,* quod magis est proprium. Et *fessus rerum* a fortuna uenientium, ut hoc loco. Epitheta enim numquam uacant, sed aut ad augmentum, aut ad diminutionem, aut ad discretionem ponuntur. *Fruges;* generaliter fruges omnes [Cic. i. Uerr. act. sec. 2, 7] dicuntur: et errant qui discernunt frumenta a frugibus, nam Cicero ait: *Olei et frugum minutarum* cum de leguminibus diceret, ut ostenderet etiam frumenta fruges uocari. Frugum autem nomen tractum est a frumine, id est eminente gutturis parte. *Receptas;* [Aen. 6, 111] liberatas [de periculo, uel ex insperato saluas] ut: *Medioque ex hoste recepi.* **179.** *Et torrere parant f. e. f. s.;* multi hysteroproteron putant, non respicientes superiora: quod dixit undis Cererem esse corruptam, quam necesse fuerat ante siccari. Qui tamen etiam [Georg. 1, 267] contra hoc illo utuntur exemplo: *Nunc torrete igni fruges, nunc frangite saxo.* Et uolunt etiam hic hysteroproteron esse; quod falsum est. Nam et hodie siccari ante fruges et sic frangi uidemus. Et quia apud maiores nostros molarum usus no erat, frumenta torrebant, et ea in pilas missa pinsebant: et hoc erat genus molendi: unde et pinsores dicti [Pers. Sat. 1, 58] sunt, qui nunc pistores uocantur. Pinsere autem dici [hoc uersu] probat Persius: *A tergo quem nulla ciconia pinsit.* [Quidam ne hysteroproteron sit, alios torrere alios frangere [Acc. Troad. 1 Ribb.] accipiunt. Accius Troadibus: *Nocturna saxo fruges franges torridas.* Sane his uersibus: *Tum Cererem corruptam undis* et: *Torrere parant flammis et frangere saxo* ius pontificum latenter attingit. Flamines autem farinam fermentatam contingere non licebat. Cum autem dicit: *Cererem corruptam undis,* et: *Torrere p. f. e. f. s.* quid alud ostendit, quam mox eos sine fermento panem coxisse, qui omnes fruges corruptas protuierunt? non autem exspectasse eos fermentum docet illo uersu: *Tum uictu reuocant uires.*] **180.** *Aeneas;* merita personarum uilibus officiis interesse non debent. Quod bene seruat ubique Uergilius, ut hoc loco. Item in sexto, cum diuersis officiis Troianos diceret occupatos, [Aen. 6, 9] ait: *At pius Aeneas arces quibus altus Apollo Praesidet.* Nisi cum causa pietatis inter-

1 Ter] et *l* maius *l* 2 epitheta [.|. superaddita (γ)] *C* ad *om. B* 3 dimutionem [ni (*m. pr.*)] *C* discretitionem *C* poni [ab (γ)] solent *L* omnes fruges *B* 4 nam — uocari *om. B* 5 frumen *L* (frumenta *corr. l*) 6 eminente *C* aleminenti *B* *post* eminente *add.* sub mento *B*γ gutteris *B* *post* receptas *add.* id est *L* 7 *post* recepi *add.* id est liberaui *BL* 8 ysteron *B* isteronproteron *L* *citandi signo supra* hysteroproteron *posito i. mg. haec:* Quid est ysteroproteron? Ysteroproteron dicitur quasi elsteron proteron id est in extremo primum; unde castor dicitur quasi eaconsteron hoc est in extremo malum; aliter; Ysteron graece post latiue dicitur; ergo ysteroproteron dicitur post ante; Nam proteron ante dicitur *add.* γ putant *spscr. c* quia *CL* 9 fuerant *L* 10 illos tuentur *B* illo*u* (*s litterae formam habet rasura*) se tuentur *L* 11 *post* etiam *sex uel septem litterae erasae sunt in L* hunc *L* histeroproteron *C* isteroproteron *L* et *om. B* hodieque *C* fruges ante *L* 12 non erat usus *B* 13 pinscebant *C* pinsabant *B* 14 pinsere — pinsit *om. B* pensire *C* (pinsere *corr. c*) Persius probat *L* *post* probat *add.* ut *L*γ 16 accius *m. tert.* occipus *C* nocturnam *C* frendas *Nonius pag.* 447 *s. u. fremere et frendere* 17 ius — e. f. s *i. mg. scrips. c* 19 quid *c* qui *C* 22 Aeneas — armis *om. B* obseruat *L* ubique *om. L* 23 Uirgilius *L* 24 artes *L* alter *L* (altus *corr. l*) apolli *C* (apollo *corr. c*) praesidet *spscr.* γ

uenit, ut ad sepeliendum socium de Aenea dixit: *paribusque accingitur armis*. *Scopulum*; Aen. 6, 184
id est speculam. Et quando speculationem significamus, generis est feminini, ut: *Specula* Aen. 3, 239
Misenus ab alta. Speculum autem, in quo nos intuemur, generis est neutri, ut Juuenalis;
Speculum ciuilis sarcina belli. **181.** *Late petit;* in quantum potest. *Pelago*; in pelagus, Juu.Sat.2,103
ut: *Inferretque deos Latio.* *Anthea si quem;* aut ordo est: ascendit scopulum requisiturus Aen. 1, 6
Anthea, Capyn, Caicum, si quem uideat. Et usus est hoc genere locutionis, quo et Te-
rentius, qui dixit: *Quod plerique omnes faciunt.* Atqui nihil tam contrarium; *omnes* enim Ter. Andr. 1, 1, 28
generale est, *plerique* speciale. Ordo ergo est: Quod omnes faciunt adulescentuli, ut ani-
mum ad aliquod studium adiungant, plerique equos alere, plerique canes. Aut certe *quem*
uacat, ut superius dictum est, istas frequenter uacare particulas, ut ipse Uergilius: *Rhaebe* Aen. 10, 861
diu, res si qua diu mortalibus ulla est; nemo [enim] dicit *si qua ulla.* Uacat ergo
qua. Item in Lucilio: *Et quem Pamphilum quaeris: quem* uacat, nam unus erat. [Ergo Lucilius
si quem uideat pro *si uideat* posuit; cui contrarium ponebant ueteres *nullum,* id est *si*
quem uidisti; nullum uidi pro *non uidi.* Sane legitur et *si qua,* ut sit, si qua ratione.] **182.**
[*Erygias;* Troianas, Troia enim in Frygia prouincia est. Et uerisimile est, Aenean de
omni illa prouincia socios habere potuisse. In secundo enim ait: *Undique conuenere,* Aen. 2, 799
animis opibusque parati. Dicta autem Frygia ab Aesopi filia Frygia.] *Biremes;* naues
habentes remorum ordinem geminum, ut alibi: *Triplici pubes quam Dardana uersu Im-* Aen. 5, 119
pellit. [Quidam tamen biremes ad suum tempus uolunt dixisse Uergilium, negantes Troicis
temporibus biremes fuisse. Uarro enim ait, post aliquot annos inuentas biremes.]
183. *In puppibus arma Caici;* quia nauigantum militum est, in puppibus arma religare,
ut alibi: *Pacem orare manu praefigere puppibus arma.* [Fiebat hoc autem et signi Aen. 10, 80
gratia. Aut arma pro naualibus armamentis, ut: *Colligere arma iubet,* quia solent naues Aen. 5, 15
a uelificatione facile cognosci.] **184.** *Ceruos;* ceruі dicti sunt *ἀπὸ τῶν κεράτων*, id
est a cornibus. Sciendum autem est, etiam Latina nomina Graecam plerumque etymo-

1 ut ad sepeliendum socium de Aenea dixit paribusque accingitur armis *l* ut *om. C* de Aenea *del. corrector in C* dixit *om. C* ut ad sepeliendum socium miscendo se operi alios ortaretur aueneas nec non opera inter talia primus hortatur socios *L quae tamen a correctore deleta sunt* ut ad sepeliendum socios miscendo se operi alios hortaretur ut in VII libro *c: his, quae inde a* miscendo *i. mg. sunt, in textu sup. lin. add.* ut nec non aeneas opera inter alia primus hortatur socios *γ* 2 speculum *C* (speculam *corr. c*) significationem *C* (significamus *corr. c*) est *om. B* 3 ut — belli *om. B* 4 ciuili *C* (ciuilis *corr. c*) pella-
ut (l)
gus *L* 5 A *L* 6 Capin *BL* Caycum *B* est usus *L* elocutionis *L* 7 qui dixit — speciale *om. B* faciunt *om. C* fatiunt *L, cui* adolescentuli *spscr. l* atque *C* 8 spetiale *L* fatiunt *L* adlescentuli *L* (adholescentuli *corr. l*) 9 animo *B* ad *spscr. c om. B* aliquid *B* studium *spscr. l* quos *C* (equos *corr. c*) 10 superius *om. B* diximus *BL* uacere *L* (uacare *corr. l*) alibi *B* Uirgilius *BL* Rebe *C* hrebe *B* Rhebe *L* 11 *post* ulla *add.* sed si ulla *BLγ* 12 panphilum *C* pamphilium *L* unus erat *del. γ* de uno loquebatur *BLγ* 14 et si qua et si qua *C* 15 uerisimile *correctum est* uerisimili *C* 16 illa *edd.* ipsa *C* 17 opibusque *c* apibus *C* Biremes *L* (Biremis *correctum est*) 18 geminut *B* in V *B* 19 impellunt *B* inpellunt *L* 20 inuentas *c* inuentos *C* 21 In puppibus *i. mg. add. γ* nagaatum *C* (nauigantum *corr. c*) nauigantium *L* mitum *L* (militum *corr. l*) *post* militum *add.* mos *Lγ* in *om. B* pupibus *B* 22 ut *om. B* profigere *C* (prefigere *corr. c*) pupibus
id est a cornibus (*m. s*) O (*m. s*)
B 24 *ΑΠΟΤωΝΚΕΡΑΤΑΝ C ΑΠΟΤωΝΚΕΡΑωΝ B ΤΟΤΚΕΡΑΤΟΝ L* 25 est autem *L*

logiam recipere. Sed cerui non sunt [in ea parte Africae, id est] in prouincia [nunc]
proconsulari, ad quam uenit Aeneas: aut fictum ergo est secundum poëticum morem, aut
Ecl. 4, 31 ob hoc dictum, quia heroicis temporibus ubique omnia nascebantur [per se], ut ipse: *Omnis*
feret omnia tellus. [Aut possunt tunc fuisse, sed ut multis aliis locis uariae mutationes
factae. Licet quidam ceruos pro quacumque fera dictos accipiant, quia post ait: *Inplen-*
tur ueteris Bacchi pinguisque ferinae. Nam male quidam eos de uicinis insulis transfretasse
Ecl. 2, 21 tradunt, et ideo *errantes,* quod in ignotis locis essent.] *Errantes;* pascentes, ut: *Mille meae*
Siculis errant in montibus agnae; re uera enim, dum pascuntur, uagantur. 185. *Tota;* inter
totum et *omne* hoc interest, quod *totum* dicimus unius corporis plenitudinem: *omne* de uniuer-
sis dicimus, ut puta: *Totum auditorium habet scolasticos,* hoc est plenum est auditorium sco-
lasticis: *omne auditorium habet scolasticos,* id est omnia auditoria. Usurpant tamen poëtae, et
ista confundunt, ut hoc loco *tota* pro omnibus posuit. Et contra pro tota omnem posuit, ut est:
Aen. 2, 750 *Omnemque reuerti Per Troiam.* Statius: *Et totos in poenam ordire nepotes,* id est, omnes.
Stat. Theb. 1, 81 Plerique deriuationem dicunt ab eo, quod est *tot, totus,* ut ab eo, quod est *quot, quotus.* Sed
illud notandum, quod in deriuatione mutat plerumque naturam: nam cum *tot* naturaliter breuis
sit, *totus* producitur, *quotus* uero secundum originem suam breuis remanet. [*Armenta;* uidetur
noue de ceruis dixisse, cum armenta proprie boum sint, uel equorum, uel ceterorum, quibus in
aruis utimur.] 186. *Agmen;* proprie agmen dicitur ordinata multitudo, ut est ambulantis exer-
citus: neque enim in uno loco stans agmen uocatur, aut si inuentum fuerit, usurpatum est: unde
bene adiecit *longum,* ut incedentum ostenderet significationem. 187. *Constitit* [*hic;* aut pro
tunc aut pro ibi. Et] *con* secundum naturam breuis est semper, excepto cum *s* littera, uel *f*
sequitur: tunc enim tantum producitur, sicut in syllaba, ut est insula, infula. [*Celeres;*
Aen. 6, 290 potest et pro celeriter accipi.] 188. *Corripuit;* aut de faretra *corripuit,* ut est: *Corripit*
hic subita trepidus formidine ferrum. [Aut *corripuit,* ut ceruorum celeritatem prae-

1 ethimologiam *BL sup.* sed cerui *scrips.* .s. auctores *γ* nunc *del. corrector.* 2 *sup.* proconsulari *scrips.* p. n. l. *c* p n puintiae *l* ergo fictum *B* 3 ab *C* (ob *corr. c*) *post* dictum *add.* est *L* eroicis *L* (heroicis *corr. l*) ipse *om. B* 4 feretn *C* fieret *B* 5 accipiunt *C* 6 ueteries *C* 7 Errantes — uagantur *ante* Ceruos pag. 19, 24 *colloc. BL post* ut *add.* alibi *L* 8 *post* uagantur *add.* et in VII de ceruo: errabat siluis *L* 9 dimus *L*) dicimus *corr. l*) 10 pote *B* omne (totum *c*) *C* adiutorium *B ut et infra* hoc — scolasticos *i. mg. scrips. l* 11 scolasticos *C* (scolasticis *corr. c*) omne auditorium habet scolasticos id est *i. mg. scrips c* audituria *L* usurpatiue *B* et *om. B* 12 ut] et *B* est ne *L* (omnem *corr. l*) id *C* (ut *corr. c*) 13 omnemq! ///// reuerti *C* (q! *et* r *a m. sec.*) Et] ut *B* ordine *B* 14 diriuationem *CL* deriuationem dicunt *om. B* ab eo quod est tot totus ut ab eo quod est quot quotus *L* ut //// ab eo quod est quot quotus tot totus *C* ab eo quod est tot totus dicunt et quot quotus *B., qui add.* sed contra dicit sillabica productio nisi quotus *om. uero uerba quae sunt inde a* sed *usque ad* remanet 15 quia *C* diriuatione *CL* 17 armamenta *C* aequorum *C* 18 aruis *coni. Burmannus* armis *C* propriae *C* agmen *om. B* agmen proprio *L* ut est — significationem *om. B* 21 s uel f littera *B* 22 tantum *spscr. l* sicut insula (in sillaba ut est (*γ*)) *C* ut est insula *B* in syllaba insula (sicut in sillaba ut est (*l*)) *L* 23 corripuit — ferrum *om. B* 24 subi *L* (subita *corr. l*)

ciperet.] Aut [corripuit] ab Achate: [et quomodo ab Achate, quem apud ignem occupatum dixit?] Sed eum secutum esse per silentium intellegamus, ut hoc loco: *Ni iam praemissus Achates Adforet,* (Aen. 6, 34) et item: *Nunc repeto, Anchises fatorum arcana reliquit.* (Aen. 7, 123) *Gerebat;* aut tunc, aut quae gerere consueuerat. 190. *Cornibus arboreis;* pro cornuum arboreorum. Melius tamen est, ut cum subaudias, ut est: *Atque Ixionii uento rota c. o.:* id est cum uento. (Georg. 4, 484) *Tum uulgus;* bene uulgus, ductoribus interemptis. [Ennius: *auium uulgus* et alibi *hastarum* id est, multitudinem et hastarum et auium.] 191. *Miscet;* perturbat, circumagit, insequitur. *Frondea;* pro frondosa posuit. Plerumque enim, dum uarietati declinationis student poëtae, mutant proprietatem: nam *frondeum* est totum de frondibus, ut torus; *frondosus* uero est lucus, [qui frondes habet]: licet enim abundet frondibus, non tamen est de frondibus totus, ut *saxosus, saxeus.* [*Turbam;* multitudinem. Cicero in Uerrinis: *uidet in turba Uerrem.* Plautus in Amphitruone: *Deinde utrique Imperatores in medium* (Plaut. Amph. 1, 1, 73) *exeunt extra turbam ordinum.*] *Quam septem;* bene definit numerum; necessitatis enim est haec uenatio, non uoluptatis, in qua plura requiruntur. [Nec enim conueniebat, sociis diuersis modis laborantibus, uoluptati operam dare.] *Uictor;* hoc loco propositi effector, ut est: *Rotis insistere uictor.* (Georg. 3, 114) 193. *Fundat humi;* per humum. Et est aduerbialiter positum, ut: *Humi nitens* (Aen. 2, 380) id est, per humum. *Cum nauibus;* Cacenphaton in sermone; quod fit, si particulam *cum n* littera sequatur. [Notandum sane est, quod non omnia persequitur, neque enim indicat, quo delati sunt cerui.] 194. *Hinc;* pro inde [uel post.] Abutitur enim aduerbiis, more suo. *Partitur;* Sallustius ait: *Prouincias inter se partiuerant,* nam et *partio* et *partior* dicimus: et est uerbum de his, quae, cum utramque recipiant declinationem pro nostra uoluntate, actiuae tamen sunt significationis; ut *punio punior, fabrico fabricor, lauo, lauor;* quanquam temptauerit Probus facere differentiam inter actiuam passiuamque significationem, ut dicamus *tondeo alterum, tondeor ab altero.* Sed hoc in aliis uerbis dicere non possumus, ut *fabrico fabricor,* [quamuis et] *pasco pascor,* [huic significationi addi possit],

2 ut *BL* secutus esset *B* intellegamus — reliquit *om. B* 3 et *om. L* archana *L* reliquit *L* Gerebat quae (*γ*) *C* 4 solebat *L* 5 subaudi cum ut alibi: uento rota e. q. s. *B* aut subaudi cum ut illo loco e. q. s. *L* con *L* (cum *corr. l*) 6 *post* uento *add.* aut certe secundum supradictam figuram cornibus arboreis pro cornuum arboreorum: melius tamen est ut cum subaudias (subaudidias *L*) *BL* et alibi hastarum id est multitudinem et hastarum et auium *scripsi e coniectura Vahleni Enn. poes. rel. p.* 177 et hastarum alibi multitudinem et hastarum et (*c*) et auium *C* auium uulgus et hostiarum [nil iuuat humanum genus] *H. Ilbergius l. l.* 8 pro *spscr. γ* frundosa *L* 9 studentes *B* proprietatem *spscr. γ* 10 locus *CB* habundet *L* 11 saxeus et saxosus *BL* 12 Amphytrione *C* 13 finiuit *B* definiuit *L* 15 propositi /// *C* 16 est *om. B ante* rotis *habent* ante *BL* humo *C* (humi *correctum est*) et est — humum *i. mg. scrips. l* dictum *l* 17 id *spscr. γ* calenfation in in (*γ*) *C* 18 cum particulam *BL* 20 aduerbio *L* Salustius *L* 21 patior *L* (partior *corr. l*) is *L* (his *corr. l*) utrumque recipiunt *C* (utramque recipiant *correctum est*) 22 tamen actiuae *L* sunt *om. B* fabrico or *B* 23 lauo *c* laua *C* laboro or *B* labo labor *L* quanquam temptauerit *om. B* facere — dicamus *om. B* inter *c* in *C* iter *L* 24 dicimus *L eorum quae sunt inde a* Sed hoc *usque ad* uerbis *haec tantum habet B*: et passiuam in o ut uapulo actiuam ut loquor 25 posco poscor *C* (pasco pascor *corr. c*)

[illegible] habere passiuam, ut uapulo; et contra declinationem passiuam actiuam significationem, ut *loquor*. Haec ergo caute ab illis segreganda sunt uerbia. *Uina bonus quae deinde c. o. A.*; ordo est: deinde uina [heros diuidit], quae [bonus] Acestes [Trinacrio litore cadis onerarat et abeontibus] dederat. [*Bonus* autem hic largus uel liberalis. Sane etiam Aenean bonum pro laude appellat, ut in quinto: *Quos bonus Aeneas dictis solatur amicis*. *Bonum* etiam pro forti dicit Sallustius: (Sall. Hist. fragm. 1, 38) *Sane bonus ea tempestate contra pericula et ambitionem*. Item in Catilina: (Gerl. Sall. Cat. 33) *Sed libertatem, quam nemo bonus nisi cum anima simul amittit*. *Deinde*; una syllaba metrica causa excluditur.] 196. *Trinacrio*; Graecum est, quod tria acra habet, id est, promunturia, Lilybaeum, Pachynum, Pelorum. Latine autem Triquetra dicitur. [Sane Philostephanus περὶ τῶν νήσων sine r littera Trinaciam appellat: Ὅτι Τρίνακος αὐτῆς πρῶτος ἐβασίλευσεν.] *Heros* uir fortis, semideus, plus ab homine habens, ut ait Hesiodus. 197. [*Dictis maerentia*; bene ante epulas et hortatur socios et solatur.]; 198. *O socii*; ordo est: socii reuocate animos. Bene autem *socios* dixit, ut se eis exaequaret. [Quidam *socios* pro remiges accipiunt; sed illi socii nauales appellantur.] *Ignari*; pro inmemores. Et est Acyrologia. *Ignarus* enim est, qui ignorat: inmemor, qui oblitus est. *Ante malorum*; ὑφὲν [id] est, [antiquorum malorum], ut alibi: (Lucr. 1, 2) *Caeli subter labentia signa*. [Et totus hic locus de Naeuio belli Punici libro translatus est.] 199. *O passi grauiora*; arte magna utitur, uult enim eos meminisse grauissimorum, ut praesentia facilius tolerent. Et bene grauiora dicit esse transacta, ut [de praesenti eos naufragio consoletur, et ut] ostendat futura esse leuiora. *His quoque*; scilicet sicut et grauioribus. 200. [*Uos*; uos certe estis] *Scyllaeam rabiem*; exempla pro negotiorum qualitate sumere debemus, ut hoc loco in marinis periculis ponit peractae tempestatis exempla. [*Rabiem* autem secundum antiquos dictum nonnulli adserunt, nam *rabiam* dici adfirmant.] *Penitusque sonantes*; id est, *ualde sonantes* accessistis aut *ualde accessistis* id est iuxta. Et bene ait *accessistis*: non enim passi sunt haec pericula, sed his fuere uicini. [*Accestis* autem, pro accessistis dictum per syncopen, quae fit, cum de media parte uerbi syllaba subducitur.]

1 nam legimus *L* *post* pascuntur *add.* uero *L* 2 significationis declinationisque *L* 4 *post* actiuam *add.* habere *Lγ* 5 quae deinde c. o. A *om.* *B* 6 honerarat *C* dedit *BL* 8 ad. f. a. mic *C* (*puncta a. m. sec. posita sunt*) *unde in Uergilii codice quo Seruius usus est fuisse* adfatur amicis *facile quis coniciat* dici *C* 9 catilina *c* catiline *C* 11 Trinacrio *c* Trinocrio *C* Trinacria *γB* Trinagrio *L* Trinagria *l* propter tria acra *BL* cra *C* (acra *corr. c*) habeat *C* promontoria *B* promuntoria *L* (promunctoria *corr. l*) Lilybaeum — dicitur *om.* *B* Lilibeum *L* bachynum *C* Pachinum *L* 12 Triquatra *L* *Ceterum hoc scholion ita ut est in L i. mg. scrips. γ in eo tantum recedens a L quod habet* Trinacria *et* acra tria. *ΠΕΡΤωΝ ΝΗCCωΝ C* [I (*c*)] 13 Triraciam *C* [r (*a. m. s*)] *ΤΡΙΝΑΚΟC c ΡΡΙΝΑΚΟC C ΕΒΑCΙΕΤCΕΝ C* [Δ(*c*)] 14 semideos *C* (semideus *corr. c*) ab *deletum in C* 15 et hortatur et hortatur *C* 16 ipsis *B* pro] proprie *C* 17 immemores *BL ut et infra* Acirologia *C* [acyro] aquirologia *B* achirologia *L* 18 *ΤΦΑΙΝ C* yfen *BL* 19 et *C* (ut *correctum est*) ut — signa *om.* *B* *post* signa *add. i. mg.* ante enim hic ad solam pertinet coniunctionem et plenitudinem uersus *lγ* 23 scilicet *spscr.* *γ* Uos — estis *del. corrector* scyleam *C* (scylleam *corr. c*) 24 peracta *C* (peractae *corr. c*) 26 sonantis *B* accessistis aut] accessitis aut *C* [aut ualde accessistis (*l*)] accessistis id est iuxta *L* 28 syncopopen *C* maedia *C*